


Michael Cobabus Thomas Hillaeus

Disputatio Sexta Theologica De Ministerio Verbi atq[ue] Sacramentorum : In qua Sequentes Theses, Quaestiones & Casus Conscientiae


Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047880>

Druck Freier  Zugang



Vert. M. Cobabus. Praesens. J. G. G. G.
R. U. theol. 1646.



Disputatio Sexta
THEOLOGICA

28.

De

MINISTERIO VER-
BI atq; SACRAMENTORUM,

In qua
Sequentes Theses, Quæstiones
& Casus Conscientiæ,

Spiritus Sancti ductu & gratiâ

DIRECTORE

JOHANNE COTHMANNO

SS. Theol. D. & Professore celeberrimo,

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternberga Megapolitano,

publico examini subicit

THOMAS HILLÆUS,

Neobrand, Megapol.

Ad diem 27 Junii in Auditorio Unicorniæ i July
horu antemeridianu.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. Anno 1646.

Disputatio de
THEOLOGICA

MINISTERIO VER.
Bischof SACRAMENTORUM

Specimen Theol. Quaestiones
de causa continentiae

Joannis Michaelis Gobabo

JOHANNI HEMMANNO



M. MICHAELIS GOBABO

THEOLOGICAE

Specimen Theol. Quaestiones

de causa continentiae

In Rostock

Joannis Michaelis Gobabo

Thesis I.

Ministerium Ecclesiasticum est officium sacrum, & Publicum, divinitus institutum, ac certis hominibus per legitimam vocationem commendatum, ut peculiari potestate instructi verbum Dei doceant, Sacramenta administrent, ac è præscripto verbi Divini disciplinam Ecclesiasticam conservent, ad hominum conversionem promovendam, & Dei gloriam propagandam.

II. Causa efficiens principalis hujus ministerii est verus Deus, qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus: Hic Ecclesie ministros vocat vel ordinariè; vel extraordinariè.

III. Extraordinariè vocati sunt in Veteri Testam: Prophetæ, & in N. Test. Apostoli: Ordinariè vocantur hodiè verbi Divini Ministri, consilio, & præmissis ad Deum piis precibus, per Ecclesiam, in quâ sunt Magistratus, Ecclesie Ministri, & Auditores.

IV. Etsi enim Magistratus est præcipuum Ecclesie membrum, & legis Divinæ custos; Nunquam tamen Ecclesiasticum, & Oeconomicum statum simpliciter ab hoc divino opere excludit; Sed singulis suas partes & officia relinquit, nec Ministros Verbi cum periculo, & damno multarum animarum Ecclesie invitè obtrudit.

V. Ad Presbyterium pertinet examen, Ordinatio & Inauguratio: Ad Magistratum nominatio, præsentatio & confirmatio: Ad populum consensus & suffragium.

VI. Modus vocationis extraordinariæ est duplex: Quos enim Deus extraordinariè vocavit, cum illis vel
immedi-

immediatè, vel per internuncios alios, quibus apparuit, est locutus.

VII. Hoc modo etsi Deus hodie non nobiscum loquitur: Est tamen vocatio mediata, quæ fit legitime per Ecclesiam, non minus Divina quàm immediata.

VIII. Materia, ex quâ constat Ministerium Ecclesiasticum, sunt homines idonei, & legitime vocati. Materia circa quam, est grex Domini, qui Ministrorum curæ, & fidei est commissus.

IX. Qui igitur juxta Dei voluntatem cum fructu Auditorum, & salvâ conscientia gregem Domini vult pascere, is legitimam expectabit vocationem; quod etiam requirit Aug. Conf. in qua dicitur: Quod nemo debeat in Ecclesia publicè docere, aut sacramenta administrare, nisi ritè vocatus.

X. Ne autem confusio quædam suboriat in verbi Ministerio, opus erit, ut inter Ecclesiæ Ministros ordo servetur pro ratione circumstantiarum cujusque Ecclesiæ constitutus & constituendus. Cavendum autem est, ne sub ordinis hujus prætextu, primatus quidam imperii, vel potestatis in Ecclesiam invehatur.

XI. Nam Potestas Ministerio Ecclesiastico data, non est Politica, sed Ecclesiastica, quæ dividitur in potestatem prædicandi verbum, & Sacramenta administrandi, atque in potestatem clavium, quâ ex mandato Christi, ministri Ecclesiæ peccatores poenitentiam agentes à peccatis absolunt: Impoenitentes verò, & in manifestis sceleribus contumaciter perseverantes, admonitionum gradibus observatis ab Ecclesiæ communione, secundum Christi præceptum per verbum Dei excludunt.

XII. Du

XII. Duplex igitur est potestas clavium: Prior dicitur solvens, vel Absolutio, quæ est annunciatio remissionis peccatorum, quæ ordinarius Ecclesiæ Minister Christi loco, & nomine testatur, quod verè poenitens à peccato, irâ Dei, & æternâ condemnatione in coelo sit liber, atq; solutus: Posterior dicitur ligans, quæ est severissima retentionis peccatorum denunciatio impoentibus, & contumaciter sceleratis, Christi nomine & mandato facta ab ordinario Ecclesiæ Ministro, & à communionè Ecclesiæ, ut ad poenitentiam redeant, exclusio.

XIII. Officium Ministri Ecclesiæ est 1. Verbum Dei constanter & incorruptè docere, 2. Sacramenta juxta Christi institutionem fideliter administrare, 3. Seipsum bonorum operum exemplar in doctrina, & morum gravitate præbere, 4. Disciplinam Ecclesiasticam ex Verbi Divini præscripto diligenter administrare.

XIV. Finis Ministerii Ecclesiastici est gloria Dei, & hominum salus: Institutum enim est Ministerium docendi Evangelium & porrigendi Sacramenta, ut fidem consequamur. Nam per Verbum & Sacramenta, tanquam per Instrumenta datur Spiritus Sanctus, qui fidem efficit, ubi & quando visum est Deo in iis, qui audiunt Evangelium.

XV. Ad Deum autem, & non ad Ministros Ecclesiæ, Ministerii Evangelii virtus, Dignitas, & Efficacia est referenda.

XVI. Præmium fidelis Verbi Ministri in hac vita est honesta sustentatio, singularis Dei defensio, honos, donorum augmentum, & bona conscientia: In alterâ vitâ erit justitiæ corona, & gloriæ splendor.

XVII: Poena Ministri ignavi, qui opus Domini fraudulenter facit, & non admonet impios, qui recedant à via impia, ut vivant, est contemptus, ira Dei, mala conscientia, &c. In alterâ vitâ erit æterna condemnatio: quos enim non sedulò admonuit, ut cœcitate depositâ, novam vitam inchoarent; illorum sanguinem de manu ipsius requiret Dominus, qui est iudex vivorum & mortuorum.



QVÆSTIONES

contra

I. PONTIFICIOS.

- I. *An jus eligendi Ministros Verbi Divini pertineat ad solos Episcopos imprimis autem ad Pontificem Romanum, & propterea non legitime vocatus vel missus dici possit, qui ipse auctoritate non vocatus fuerit? N.*
- II. *An Lutherus non legitime sit vocatus ad docendum & predicandum Evangelium? N.*
- III. *An ordinatio sit vere & proprie Sacramentum, atq; duplex illius effectus 1. potestatis spiritualis perpetua, 2. gratia gratum faciens, quâ possint ordinati ritè fungi suo munere? N.*
- IV. *An Ministerio Ecclesiastico sit concessa potestas auctoritativa, vel utri loquantur, auctoritas judiciaria solvendi & ligandi? N.*
- V. *An Ministri Ecclesia sint adstricti ad perpetuum cœlibatum? N.*
- VI. *An Episcopi jure divino sint superiores Presbyteris vel Pastoribus tam quoad ordinem, quam quoad jurisdictionis potestatem? N.*

II. ANABAPTISTAS.

- I. *An absq; vocatione cuiusvis docendi potestas in Ecclesia sit concedenda; five*

sive sit sutor, sive sartor, sive faber; Si modo doctrinam Evangelii intelligat? N.

- II. *An spiritus sanctus contingat hominibus sine verbo externo per ipsorum preparationes & opera? N.*
- III. *An Ministerium Pastorum vitam impuram viventium sit plane infrugiferum? N.*

III. PHOTINIANOS.

- I. *An non opus sit, ut Minister Ecclesie habeat peculiarem vocationem ad predicandum Evangelium? N.*
- II. *An Ecclesia Evangelica non sint digna nomine Ecclesiarum Christi propter intermissum in illi disciplina Ecclesiastica exercitium? N.*



CASUS CONSCIENTIÆ.


Quæritur:

- I. *An licitum sit Ministerium Ecclesiasticum ambire? Diss.*
- II. *An is instructus sit donū ad Ministerium Ecclesiasticum spectantibus, qui eorumque progressu in studiis, ut linguā latinā necnon cognoscant, concionem & scriptū alienū haustam memoriter possit recitare? N.*
- III. *An concedi possit, ut Verbi Divini Minister de una Ecclesia migret in aliam? Diss.*
- IV. *An voces latina, græca, & Hebræa pro concione sint citanda? N.*
- V. *An Ministro Ecclesie liceat fugere tempore pestis? N.*
- VI. *An salvā conscientia officio suo possit abire propter improbitatem, & perversitatem auditorum? Diss.*
- VII. *An licitum sit illis Ministris, qui ex patrimonio habent, unde vivant, accipere stipendium? Aff.*

VIII. An

- VIII. *An Minister Ecclesie possit acquiescere in publica verbi predicatione, & sentire debeat, quod hoc modo officio suo satisfecerit? N.*
- IX. *An is sit admitendus ad Ministerium Ecclesiasticum, qui Articulorum fidei, & scripturae sacrae cognitione debita non est instructus; Quamvis sancte polliceatur futuram in discendo diligentiam? N.*
- X. *An licitum sit, ut Minister Ecclesiae ea cuiquam aperiat, quae ipsi in privata confessione sunt concedita? N.*
- XI. *An armenta alere & agriculturam exercere Ministris Ecclesiae simpliciter non doceat? N.*
- XII. *An à nobis dissentientes in fundamento fidei sint absolvendi, & in nostris Ecclesiis ad sacram Synaxin admittendi? N.*
- XIII. *An illi, qui vel de errore in fundamento fidei, vel de flagitio quibusdam sunt suspecti, propter nudas praesumptiones, quando diligenter examinati se insores esse dixerint, non sint absolvendi, neque ad sacram Synaxin admittendi? N.*
- XIV. *An quaestiones spinosae, & subtiles in publico Ecclesiae certum sint proponenda? N.*
- XV. *An satis sit in pagis coram simplici plebe vel unum, vel duos: ad summum autem tres locos communes tractare? Aff.*





sive sit sutor, sive sartor, sive faber; Si modo de
intelligat? N.

- II. An spiritus sanctus contingat hominibus sine verbo
rum preparationes & opera? N.
- III. An Ministerium Pastorum vitam impuram vivendi
frugiferum? N.

III. PHOTINIANOS.

- I. An non opus sit, ut Minister Ecclesia habeat peculia
ad predicandum Evangelium? N.
- II. An Ecclesia Evangelica non sint digna nomine Ec
propter intermissum in illi disciplina Ecclesiastica

CASUS CONSCIENTI

Queritur:

- I. An licitum sit Ministerium Ecclesiasticum ambire?
II. An is instructus sit donū ad Ministerium Ecclesiasticū
qui eorumq; progressus in studiis, ut lingua latinā
concionem & scriptū alienū haustam memoriter po
III. An concedi possit, ut Verbi Divini Minister de un
in aliam? Diff.
IV. An voces latina, græca, & Hebræa pro concione sive
V. An Ministro Ecclesia liceat fugere tempore pestis?
VI. An salvā conscientia officio suo possit abire propter
perversitatem auditorum? Diff.
VII. An licitum sit illis Ministris, qui ex patrimonio
tant, accipere stipendium? Aff.

